

.xxxi. `OMELIA . IN SABBATO SANCTO .
SAbbati paschalis ueneratio ideo caelebratur et co
litur . quia in eadem die dominus in sepulchro quieuit . Vnde
et bene in ebreo sermone sabbatum requies interpretatur .
siue quod deus in eo requieuit die . Mundo perfecto . siue quod in
eo requieuit dominus et redemptor noster in sepulchro . In hac
die cum omni silentio et tranquilitate mentis oportet nos
manere . Et cum oratione et psalmodia sanctam resurrectio
nis horam expectare . [.ii.] Neminem magis cura sæcularis
infestet . et terrena negotia inquietent . quam spiritalia
studia et cura salutis animarum nostrarum occupent .
Hac autem die inclinante ad uesperam . statuta cèlebra
tio noctis dominicę in aeccllesia incipitur . Primo secundum
constitutionem zosimi papae archidiacono cereum
benedicente . Et cetera sequentia usque dum sequitur
sancta mysarum cèlebratio et communicatio corporis et san
guinis domini . Cuius participatione quicumque se fidelium
in hac nocte abstinuerit . Nescio quomodo dicam illum
christianum esse . exceptis his qui pro capitalibus criminibus
excommunicati poenitentiam gerunt . Notandum uero
quod apud hieronimum legimus . [.iii.] Quod in orientis ecclesiis
mos est in hac nocte ante medium noctem fideles ab aeccl
esia non recedere . Horam illam expectantes in sacris
uigiliis . De qua scriptum `e'st media nocte clamor factus est
/75v/ ecce sponsus uenit exite obuiam ei . In ieuniis igitur
expletis usque in hanc noctem . cum castis corporibus
et purificatis mentibus obuiam christo crastina die ex mor
tuis resurgentи occurrere debemus . qui cum patre
et spiritu sancto uiuit et regnat . per infinita seculorum amen .

